



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

§. IV. Propria Missarum Privatarum pro Defunctis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

Clem. IX. editis facta ab Innocent. XI. 1688. die 4. Maij. supra citat. Porro sub Generali Indulgentiarum suspensione, quæ fit annò Jubilæi, non comprehendi Indulgentias Altarium privilegiatorum, nec alias Indulgentias pro solis Defunctis concessas tradunt aliqui, sed hæc in parte attendendus erit Tenor Bullæ Jubilæi, illique standum; in dubio autem ad Sedem Apostolicam pro Declaratione recurendum. Denique tradunt quoque Nonnulli, declaratum esse à Sac. Rit. Congr. Clausulâ illâ Brevibus Indulgentiarum apponi solitâ: *Volumus autem, ut, si alias Christi Fidelibus, dictam Ecclesiam visitantibus, aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad Tempus nondum elapsum servata, concessa fuerit, presentes littere nullæ sint, non comprehendi Indulgentias Altarium privilegiatorum pro Defunctis concessas: an autem hæc Declaratio authentica sit, nec ne, mihi hætenus non constat.*

§. IV.

Propria Missarum Privatarum pro Defunctis.

1. **C**onvenit, ut prima die cujuscunque Mensis (extra Adventum, Quadragesimam, ac Tempus Paschale) non impedita Offi-

[Pars III.]

ciò duplici, vel semiduplici, fiat saltem Commemoratio Generalis pro Defunctis per Orationem: *Fidelium* in Missis privatis de *Festo simplici*, aut *Feriâ* dictis; item in *Ferijs secundis* respectivè (extra Tempus tamen Quadragesimale, & Paschale) in quibus non fit *Officium duplex*, vel *semiduplex*, modò supra declaratò juxta Rubric. *Gen. V. Missal. n. 1. & 2.*

2. *Missæ privata de Requiem* dici possunt quacunque die, præterquam in *Dominicis*, ac *diebus* supra à Rubricis & Summis Pontificibus exceptis, in quibus etiam *presente Corpore*, seu *funere*, dici prohibentur etiam ad Altare privilegiatum, ut ibi: *In Festo tamen duplici, quod non est de Præcepto (hoc est, celebre in foro)* posse aliquando celebrari Missas de *Requiem*, ut *impleantur voluntates Defunctorum*, olim declaravit Sac. Rit. Congreg. die 1. Septembr. 1617. & 20. Jun. 1626. apud Casanovam n. 68. ubi tamen rectè advertit, Sacram Congregationem significanter dicere: *ut impleantur voluntates Defunctorum, non verò: Ad arbitrium vivorum: Neque Tolerantia (inquit idem ibidem) fieri Lex debet, aut Consuetudo nimia contra Leges Ecclesiasticas; nec denique Voluntas Missam celebrari Petentis Legi, ac Ordinationi Ecclesiastica prevalere, sed Institutioni Ecclesie conformari, ut Petitio ejus, ac Devotio sit rationalis, atque conveniens.*

[O o]

3. Si

3. Si quis longè à Nobis absens moriatur, potest, si proximatè obièrit, *Missæ de Requiem* die non impedito pro eo dici primâ vice ut supra in die *Tertio Depositionis*, omis- sò tamen Verbò : *Tertium*. Gav. To. 1. P. 4. Tit. 18. n. 15.

4. Quando omis- sò *Sacrò funebri* celebratur *Festivum fori* pro *Defuncto*, non est opus, ut collecta, seu Oratio funebri inferatur, etiam *præsente Corpore*; imò ne licere quidem id in *Duplicibus*, contra Navar- rum docent Gavantus & Fraxinellus apud P. Gob. in *Alphab. Sacrif.* (quod est Tr. 3. To. 1.) n. 625. eò quòd Rubricæ non permittant ijs die- bus (si non sit faciendâ aliqua Com- memoratio) plures Orationes, nisi pro *Re gravi*: unde qui ordinariè id factitaret, censureretur inducere novum Ritum contra Prohibitio- nem Clem. VIII. in Bulla Missali præfixa. Ex quo fundamento apud P. Lohner citatus Gob. P. 3. cit. n. 626. etiam reprobatur Praxin illorum, qui in omnibus duplicibus per an- num Orationi de Festo collectam pro *Defunctis* eo fine subjungunt, ut obtineant *Indulgentias* in Suffragium animarum à Gregorio XIII. ipsis Concessas, si ad Altare privilegia- tum collectam pro *Defunctis* dicant: Cui resolutioni Gobatianæ haud ob- scurè favet Decretum Sac. Rit. Con- greg. de anno 1627. 24. April. apud Gerlac. *Vinit. P. 1. Tit. 5. Annot. 3.*

uti & Clementis X. aliæque sup- rariùs relata. Addit tamen citatus Gob. n. 628. si in aliqua Ecclesiâ legi- timè introducta sit Consuetudo, ut in *Dominicis*, ac *Festis non Sacramen- tate* *præsente Corpore* collecta pro *Defunctis* inferatur (prout Constitutiones Syno- dales Diocesis Constantiensis P. 1. Tit. 9. n. 12. permittunt) posse eam *Permissionem* ob suam Antiquitatem, ac Circumstantiæ considerabilium turò usurpari.

S. V.

Propria Missarum Solennium pro Defunctis.

PRÆTER superius jam annota- tum hòc Titulò s. 2. & 3. obse- vanda in harum celebratione sunt insuper sequentia:

1. Quodcumque sit *Missæ* pro *Defunctis* solenniter, dicitur tantum *Oratio*, etiam extra *diem Depositionis*, *diem Tertium*, *Septimum*, *Trigesimum*, & *Anniversarium*. Dicitur solenniter, id est, cum *Apparatu*; ne pugnet Rubrica contra Rubricam, uti fieret, si Nomine *Missæ* solenniter etiam veniret *Conventualis*, quæ iuxta Rubr. Gener. V. Missalis n. 1. & 2. statutis *Temporibus primâ die mensis*, aut *Feriâ II. Hebdomadæ non impeditis Officiò 9. Lctionum*, can- tati debet; in hac enim dicitur